## De quarta dominica

Quarta causa quā defendimꝰ regnū nostꝝ sunt opa misericordie. Vñ in euāgelio luce. vj. qd legit in hac q̄rta dñica in quibusdā eccle sijs dicit. Estote misericordes sicut ⁊ pat vester misericors est Et post sequit. Mēsuram bonā ⁊ ꝯfertā. ⁊ coagitatā ⁊ supeffluentē dabunt in sinū vestꝝ. Quia vero nō potest homo opa misericordie facere nisi priꝰ illuminet a deo. ideo incipit itroitus. Dñs illuminatio mea. Et qꝛ ꝑ opa misericordie est ecclia terribilis. vt castrorum acies ordinata. sicut dicit in canticis canticoꝝ. sequit versus. Si exurgant aduersus me castra. nō timebit cor meū. ⁊ si exurgat in me ꝓlium ⁊c. Et postea petit ī collecta misericordiā ⁊ gratiā dandi elemosinas. cū dicit. Protector in te sperantiū deꝰ ⁊c. In epla vero. Existimo eni. ad roma. viij. c. ostēdit premiū vbi dicit apostolus. Nō sunt cōdigne passiones huiꝰ tpis ad futurā gloriā q̄ reuelabit in nobis Et post sequit. Et omnis creatura ingemiscit. expectans reuelatōnē filioꝝ dei. Et vt hanc gloriā ecclesia possit adipisci petit in responsorio veniam de peccatis. Propiciꝰ esto peccatis nostris domine Sequit alleluia. In te dñe speraui. qꝛ in se sperantibꝰ ꝓpicius est. Vñ ps. Quoniam in me sperauit liberabo eū. Adaptātur etiā iste quattuor ꝑcedentes domice quattuor libris regū sic. In primo enī libro habet. quomodo dauid inunctꝰ fuit Vñ in prima dñica incipit introitꝰ. Domine in misericordia tua speraui. Et i responsorio habet. Et vnxit me vnctiōe misericordie sue. ⁊ oleo exultatōis. Vñ seqtur in introitu. Exultauit cor meū in salutari tuo. Et ita ostendit se vnctū oleo leticie ꝑ misericordiā dei. In secundo libro habet quomodo liberatꝰ fuit ab inimicis ⁊ vnctꝰ bis. vt haberet latitudinē regni. Vñ in secūda dominica incipit introitꝰ. Factꝰ est dominꝰ ꝓtector meus. ⁊ eduxit me in latitudinē vt late regnarē. In tercio libro habet quomodo mortuꝰ fuit. Vñ in tercia dñica vtit ecclesia voce decedentium dicēs Respice in me ⁊ miserere mei ⁊ in versu. In te dñe spaui. In quarto libro habet de ꝓphetis. qui illuminati sūt a deo. vt viderēt ventura. ⁊ ideo in q̄rta dominica dicit in introitu. Dominus illuminatio mea

## De dominica quinta

Quinta causa qua defendimꝰ ⁊ obtinemꝰ regnū nostrū est pax cū inimicis ecclesie ⁊ patiētia in aduersis ad quā inuitat beatꝰ petrus in epla huiꝰ quīte dñice Oēs vnanimes .j. pet. iij. c. dicēs. Nō reddētes malū pro malo ⁊c. Vñ in euangelio habet de rheti petri. Sꝫ multi sunt q rumpūt rhete beati petri. i. ꝯcordiā ⁊ vnitatē fraternā. ⁊ ideo in ꝑsona tolerantiū incipit introitus. Exaudi dñe vocē meā q̄ clamaui ad te ⁊c. Versus est. Dñs illuminatio mea ⁊c. Illuminatꝰ enī a deo saluat ab hostibꝰ. qꝛ spat in eo. Pro ꝑdicta aūt pace cū inimicis ecclesie impetrāda orat ecclia in collecta dicens. Da nobis q̄sumus dñe vt et mundi cursus ⁊c. In aliquibꝰ tñ ecclesijs dicit. Deꝰ qui diligentibꝰ te. Sequit euāgeliū luce. v. c. Cū plurime turbe irruerēt in ihūm ⁊c. vbi sequit. Preceptor ꝑ totā noctē laborātes nihil cepimꝰ. Tales q laborāt in nocte ⁊ nihil capiūt sūt q ꝓ terrenis ꝑdicāt. Sequit. In vbo aūt tuo laxabo rhete. Hoc facit q habet sciētiā ⁊ vitā. Talis enī cōcludit multitudinē piscium


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG